316 ~~222~~
251

(39)

oro epi Baioné galli habita
ad imperij ordines, francorum Enrrici Regis noie. in comitijs apud pasao. hitis

an. 1552
mese sexto
die 3ª

Neminem vrum Potentiss. illmi et
Ampliss. principes, alijq sacro sti Rom. imp.
ordines ignorare Arbitror Tantam, multo antequam
francorum nomen innotuisset, inter gallos et ger
manos morum et vidas similitudinem, atque
ex eo amicitiam intercessisse, ut Romani ma
iores vros germanos, idest fres gallorum appella
uerint, Postquam vero franci sedes suas in gallia
fixerunt comune utrique gens imperium, et eos
dem principes habuit, Translato demum (ut
est omnium rerum vicissitudo) in germanos im
perij noie, saxonia imperatores, et quicunque
eos ex antiqua illa stirpe germanorum successe
runt (qui et genus suum à francorum regibus
ducebant, et acceptam illis imperij dignitate
referebant) in hoc vno prestantissimi illi he
roes imprimis elaborauerunt, ut quemadmo
dum sanguinis necessitudine, ita perpe
tuę pacis et amicitię uinculo germania gallię
coniungeretur, quę res à naturali et ingeni
to utriusque gentis amore multo profecta, ita
utilitate et rerum successu coaluit, ut Phili
ppus augustus francorum rex fedus illud anti
quum, quod prę nimia uetustate exoleuerat,
litis aureis prescribi, et in sanctiori erario
maxima cum ceremonia reponi iusserit, atque
id certe merito cum tanta felicitate cons
pirantibus et consentientibus harum duarum

nationum studijs utriusque res floruerint, ut hungaria, Polonia, bohemia, dania, ipsa denique italia, atque omnes circumiacentes prouinciæ ab imperio leges accipere cogerentur, francorum reges, qui uere pietatis studio incensi, ubicunque sarracenorum aut turcarum arma increpuerant, eo statim cum maximis exercitibus contendebant, tam bene et fortiter eodem tempore Remp. gesserunt, ut hierosolimitanum, et Antiochenum imperium in asia, in Europa constantinopolitanum, et in africa Tunense, et quæque carthaginensium dictionis fuerant fidei nostræ hostibus erepta sibi et familijs suis vindicarent, sequuti sunt eos nostri et infelicij imperatores, quos ut auaritia et sordes á gallis paulatim disiunxerunt, ita eorum socordia adeó multa Reip. christianæ uulnera inflicta sunt, ut ab eorum commemoratione animus abhorreat. Dedit post degeneres illos, et nihil minus quam germanos imperatores lucburgen. familia insigni virtute principes, sub quorum imperio, ueluti ex diuturno morbo recreari germania, et caput efferre cepit, eorum autem quám propensa ad conseruandam cum gallis amicitiam uoluntas fuerit, caroli quarti pater satis ostendit, qui pro illorum rege fortiter pugnans occubuit, austriaci atque in ijs albertus primus maxime nec minis á Pontificibus Romanis, nec precibus aut premijs compelli potuerunt ut gallos bello lacesserent, Quæ omnia ideo á me commemorata sunt, ut Pontifices. et illmi Principis

caroli

Caroli Quinti cesaris ministros, qui non di-
ſſensiones solum et odia inter has duas pres-
tantiſſimas nationes quesiuerunt, sed artibus
et suis et caliditate perfecerunt, ut indicta
causa Rex Francus opt. et excellentiſſ. princeps
hostis iudicaretur, ut eos inquam cum id egerint
cum utrique genti male, et reip. christiane inuti-
liter consuluiſſe, tum medius fidius ex aliorum
incomodis comoda illos sua comparare uoluiſſe
intelligatis, nam integra et incorrupta manen-
te inter has duas nationes amicitia, quam difficile
illis fuerit labefactata libertate vestra, regnum
illud suum, aut Tirannidem potius in germa-
nia stabilire, uel ex hoc vno animaduerti clariſſi-
me potest, quod nunc quam frequenter ac inuiti ar-
morum gallicorum metu aliquid se de intolera-
to ab hispanis iugo remiſſuros polliceantur, ipsi
pace a turca non precibus tantum, sed tributo et
emendicata, factiones primum in germania
nunc religionis, nunc obedientie pretextu ex-
citauerunt, bellum deinde germanorum viribus
et copijs contra germanos geſſerunt, captiuis
duobus principibus saxone et Heſſo, quo iure
ipsi viderint, omnes quorum nomen modo inter
prestantes auditum esset fortunis euerterunt
imperate sicut principibus et ciuitatibus ingen-
tes pecunie, presidia hispanorum imposita, nu-
dati omni aparatu bellico armamentaria,
mutati magistratus, societates sublate, mille
exactionum nomina excogitata, patefacta fiscali
in omnia omnium bona graſſandi via, sigillum i-

imperij, iudicia demere, suffragiorum ius et libertas in conuentibus, omnia vnius Attrabatensis arbitrio, ne dicam libidini, permissa, excarnificati qui apud externos principes aliquod seruiendo egestati suæ presidium quærebant proscripti prestantes aliquot viri et publicè denunciatum magno auri pondere eorum capita repensum iri quomodocunque eis necem adferret aliquis, abducti ad seruitutem, è complexu parentum liberi, cædes impune factæ, direptæ domus, spoliata templa, dirutæ ciuitates, deformata, et ut tempori conuenire visum est, detorta religio, idque vnum denique tot ambagibus actum, ut permixtis et confusis imperij legibus, coacto et varijs pollicitationibus inducto Sereniss. et potentiss. Rege Romanorum, compulsis metu sacri imperij Electoribus, princeps tandem Hispaniarum cæsar designaretur, cui non per deos immortales, nisi plane stupido et excordi, non exoptanda fuit mors infantis miserijs? aut quem nisi natura ferum et immanitate barbarum hæc non commoueret? Et miramur repertos esse principes, atque in ijs illustriss. et fortiss. ducem Mauricium, qui cum vitæ periculo, pro suæ libertatem vindicare voluerint? Cum ij ergo viribus se cæsari impares fore et cæsarianis ternerent, ad Henrrici secundi francorum regis christianiss. opem et auxilium confugerant, ipse autem obliteratam omnium iniuriarum memoria, non auxilium modo eis, sed ipsum sese, facultates
suas

suas, et alia deniq; que haberet in ptate et
benignissime obtulit, et prestitit constantissi-
me. Factum est inter eius Mag.tem et prin-
cipes fedus, in quo hoc diserte cautum est,
ut eis cum hoste neq; pacem, neq; inducias
sine expresso regis consensu facere liceat,
ab eo federe discedere cum illustriss. Dux
Mauritius neq; vellit neq; possit, et tn cum
pro sue tranquillitate et otio consulere, Po-
tentiss. et sereniss. Romanor. regis precib;
obsequi cupiat, his nuper a rege chris-
miss. petijt, ut que Mag.tis sue de pace et
sententia hic per me legatum suum pate-
faceret, in quo etsi nescio quomodo haud
satis magnam et magnitudinis beneficij
et dignitatis sue ratione haberi Rex chris-
tianissimus videt, et consentaneum fuisse
iudicat, ut coram eo non hic de re ad ipsius
Mag.tem pertinentem ageretur, fecit tn qd
ab eo postulatum est non gravate, qui se
qui publicam utilitatem rebus oibus ante-
ponat, et illustriss. duci Mauritio fede-
rato et amico chariss. nihil denegare ve-
llit, Si igitur sancta non verbis que
parum prodesse toties comperimus, sed
re ipsa hec que supra attigi imperij vul-
nera, datamq; esse operam ne posthac
maiore oium malo recrudescant, viderit
si principes captivi (eiijs his tn que in
foedere comprehense sunt conditionib;)

dimittantur, si et cōmuniter antiqua galliæ
cum imperio fœdera, et singulatim recētia
cum principibus confirmentur, et provideat,
ut ea inviolata perpetuo remaneant, non
solum paci eam petentibus imperij ordi-
nibus libentissime consensurus erat, sed
maximas et deo opt. Max. grãs acturus
q' hæc ope et consilio suo acciderint. Quod
ad privatas multaꝝ rerum, quas cæsar
per vim occupat, controversias attinet, hoc
unum Respondet cæsarem ei nulla iusta
de causa bellum intulisse, equūmq' esse ppo-
ferea ut a quo iniuria profecta est, ab eo
conditiones proponantur, quibus et ea ipsa
iniuria, et quod interim acceptum est
in bello detrimenti sarciri possit, in quo
tñ ipsius Mag^tas et si virium suaꝝ sibi
conscia, et de belli eventu nihil dubitās
sit, ita se geret quod publicæ quieti et otio
privata cōmoda post habuisse, et cum ōibus
qui hic adsunt imperij ordinibus, tum
Illustriss. Duci Mauritio maxime grati-
ficatum esse omnes intelligant. &c.

Hæc proposita sunt a nobis nōie
Regis christianiss., Reverendiss. et Illus-
triss. sacri imperij ordinibus et
Principibus presentibus, et absentiū
legatis, die tertia Junij. 1.5.5.2.

Ioanes frax Epus Baionen.

Vir